SG


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV–XVI.E S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau Monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. – mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques. C'est le no 4 de ma Biblioth. Americ. Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6

puis pièces 1 à 30.

P. 1 — Daté de 1522
2. — id —
3. circa 1522
4 — —
5 — —
6 Daté de 1522

Ces six premières pièces forment les ffs. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVI s.

Pièces incunables :

n° 1 (6)	Daunou	463	Pellechet	4090
2 (7)	—	416	—	3230
3 (8)	—	omis	—	omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 OE XV. 351 p. 12).			—	5060 et un 4e ex.
4 (9)	Daunou	718	—	3862
5 (10)	—	465		
6 (11)	—	675		
7 (12)	—	omis	Pellechet	omis
(cf. OE XV. 351 p. 27		667	—	1686)
8 (13)	Daunou	710		
9 (14)	—	omis	—	omis
(cf. OE XV. 351 p. 22		671	—	5019)
9* (15)	—	omis	—	
(cf. OE XV. 351 p. 23		669		
9** (16)	—	omis		
(cf OE XV. 351 p. 28		673		
10 (17)	—	653		
11 (18)	—	665		
12-13 (19)	—	674	Pellechet	2048
14 (20)	—	omis		
(cf OE XV. 351 p. 29		712		
15 (21)	—	461	Pellechet	4816
16 (22)	—	588	—	4433
17 (23)	—	590	—	2836
18 (24)	—	omis mais sous le n° 832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erreur		
19 (25)	—	534		
20 (26)	—	792		
21 (27)	—	419 coté à tort [351] ?		


T.S.V.P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n.° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb



(4)

¶Epistola Christofori Colom: cui etas nostra multū debet: de Insulis Indie supra Gangem nuper inuētis. Ad quas pergrendas octauo antea mense auspiciis ⁊ ere inuictissemoꝝ Fernādi ⁊ Helisabet Hispaniaꝝ Regū missus fuerat: ad magnificum dn̄m Gabrielem Sanchis eorundē serenissimoꝝ Regum Tesaurariū missa: quā nobilis ac litteratus vir Leander de Cosco ab Hispano idiomate in latinum cōuertit tertio kal's Maii. M.cccc.xciii Pontificatus Alexandri Sexti Anno primo.

Quoniam suscepte prouintie rem perfectam me ꝯsecutum fuisse gratum tibi fore scio: has constitui exarare: que te vniuscuiusqꝫ rei in hoc nostro itinere geste inuenteqꝫ admoneant: Tricesimotertio die postqꝫ Gadibus discessi in mare Indicū perueni: vbi plurimas insulas innumeris habitatas hominibus repperi: quarum omnium pro felicissimo Rege nostro preconio celebrato ⁊ vexillis extensis contradicente nemine possessionem accepi: primeqꝫ earum diui Saluatoris nomen imposui: cuius fretus auxilio tam ad hanc: qꝫ ad ceteras alias peruenimus. Eam vo Indi Guanahanin vocant. Aliarū etiam vnam quanqꝫ nouo nomine nuncupaui: quippe aliā insulam Sancte Marie Conceptionis. aliam Fernandinam. aliam Hysabellam. aliam Joanam. ⁊ sic de reliquis appellari iussi. Cum primum in eam insulam quam dudum Joanam vocari dixi appulimus: iuxta eius littus occidentem versus aliquantulum processi: tamqꝫ eam magnam nullo reperto fine inueni: vt non insulā: sed continentem Chatai prouinciam esse crediderim: nulla tn̄ videns oppida municipiaue in maritimis sita confinib9 preter aliquos vicos ⁊ predia rustica: cum quoꝝ incolis loqui nequibam. quare simul ac nos videbant surripiebant fugam. Progrediebar vltra: existimans aliquā me vrbem villasue inuenturū. Deniqꝫ videns qꝫ longe admodum progressis nihil noui emergebat: ⁊ hmōi via nos ad Septentrionem deferebat: qꝫ ipse fugere exoptabā: terris etenim regnabat bruma: ad Austrumqꝫ erat in voto cōtendere:

9

nec minus venti flagitantib⁹ succedebāt· constitui alios nō ope/
riri successus: ⁊ sic retrocedens ad portū quendā quem signaue/
ram sum reuersus: vnde duos hoies ex nostris in terrā misi: qui
inuestigarēt esset ne Rex in ea prouincia vrbesue alique· Hi per
tres dies ambularunt inuenerūtq̄ inumeros populos ⁊ habita/
tiones: paruas tñ ⁊ absq̄ vllo regimine · quapropter redierunt·
Interea ego iam intellexeram a qbusdam Indis quos ibidē su/
sceperā quō hmōi prouincia insula quidem erat: ⁊ sic perrexi ori/
entem versus eius semp stringēs littora vsq̄ ad miliaria· cccxxii
vbi ipsius insule sunt extrema: hinc aliā insulam ad orientē pro/
speri distantē ab hac Joana miliarib⁹· liiii. quā protinus Hispa/
nam dixi: in eamq̄ concessi ⁊ direxi iter quasi per Septentrionē
quemadmodum in Joana ad orientez miliaria· dlxiiii que dicta
Joana ⁊ alie ibidē insule q̄fertilissime existunt· Hec multis atq̄
tutissimis ⁊ latis nec aliis quos vnq̄ viderim cōparandis por/
tibus est circundata· multi maximi ⁊ salubres hanc interfluunt
fluuii: multi quoq̄ ⁊ eminentissimi in ea sunt montes· Omnes
he insule sunt pulcherrime ⁊ variis distincte figuris: puie: ⁊ ma/
xima arboꝝ varietate sidera lambentiū plene: quas nunq̄ foliis
priuari credo· Quippe vidi eas ita virentes atq̄ decoras ceu mē/
se Maio in Hispania solent esse: quaꝝ alie florētes alie fructuo/
se: alie in alio statu ſm vniuscuiusq̄ qualitatē vigebant: garrie/
bat philomela ⁊ alii passeres varii ac inumeri mēse Nouembris
quo ipse per eas deambulabā· Sunt preterea in dicta insula Joa/
na septē vel octo palmaꝝ genera q̄ proceritate ⁊ pulchritudine
queadmodū cetere oēs arbores: herbe: fructusq̄ nr̄as facile exu/
perāt· Sūt ⁊ mirabiles pin⁹ agri ⁊ prata vastissima: varie aues:
varia mella: variaq̄ metalla ferro excepto· In ea aūt quā Hispa/
nam supra dixim⁹ nuncupari maximi sunt mōtes ac pulchri: va/
sta rura· nemora· campi feracissimi seri pascíq̄ ⁊ ꝯdendis edifici/
is aptissimi· Portuū in hac insula cōmoditas ⁊ prestantia flumi/
nū copia salubritate admixta hoim: q̄ nisi quis viderit: credulita/
tez superat· Hui⁹ arbores pascua ⁊ fructus multū ab illis Joane

differunt. Hec preterea Hispana diuerso aromatis genere auro·
metallisq̧ abundat. cuius quidem ⁊ oīum aliaꝝ quas ego vidi ⁊
⁊ quaꝝ cognitionē habeo incole vtriusq̧ sexus nudi semper ince
dunt queādmodū edunt̄ in lucem: preter aliquas feminas: q̄ fo/
lio frondeue aliqua aut bombicino velo pudenda operiunt: qđ
ipse sibi ad id negocii parant. Carent ii oēs (vt supra dixi) quo/
cūq̧ genere ferri. carēt ⁊ armis vtpote sibi ignotis nec ad ea sūt
apti: nō ꝓpter corporis deformitatem cū sint bene formati: sed
q̄a sunt timidi ac pleni formidine. gestant tñ pro armis arundi/
nes sole pustas: in quaꝝ radicib⁹ hastile quoddā ligneū siccū et
in mucronem attenuatū figunt. neq̧ iis audēt iugiter vti: nā se
pe euenit cū miserim duos vel tris hoīes ex meis ad aliquas vil
las vt cū eaꝝ loquerent̄ incolis: exiisse agmen glomeratū ex In
dis: ⁊ vbi nr̄os appropinquare videbant fugā celeriter arripuis/
se despretis a patre liberis ⁊ econtra. ⁊ hoc nō q̄ cuipiam eoꝝ dā
num aliqđ vel iniuria illata fuerit: imo ad quoscūq̧ appuli ⁊ qui
bus cū verbum facere potui: quicq̄d habebā sum elargitus: pan
num aliaq̧ ꝑmulta nulla mihi facta versura: sed sunt natura pa
uidi ac timidi. Ceteꝝ vbi se cernunt tutos oī metu repulso: sunt
admodum simplices ac bone fidei ⁊ in oīb⁹ que habēt liberalissi
mi: roganti qđ possidet inficiat̄ nemo: quin ipsi nos ad id poscē
dū inuitāt. Maximū erga oēs amorē preseferunt: dant queq̧ ma
g̃na pro paruis: minima l3 re nihilоue ꝯtenti. ego attñ ꝓhibui ne
tā minīa ⁊ nulli⁹ precii hisce darent̄: vt sunt lancis. parapsidū.
vitriq̧ fragmenta. itē claui ligule. quanq̄ si hoc poterāt adipisci
videbat̄ eis pulcherrima mūdi possidere iocalia. Accidit. n. quē
dam nauitam tantū auri pōdus habuisse pro vna ligula quanti
sunt tres aurei solidi. ⁊ sic alios pro aliis minoris precii: ꝑsertim
pro blanquis nouis: quibusdā nūmis aureis: ꝑ qb⁹ habēdis da
bant quicquid petebat vēditor: puta vnciam cū dimidia ⁊ duas
auri: vel triginta ⁊ quadraginta bombicis pondo: quā ipsi iam
nouerant. itē arcuum. amphore. hydrie. doliiq̧ fragmenta bom
bice ⁊ auro tanq̄ bestie comparabant. quod quia iniquum sane

erat vetui: dediq3 eis multa pulchra ꝛ grata que mecū tulerā nul lo interueniente premio · vt eos mihi facilius ꝯciliarem fierentq3 xpicole ꝛ vt sint proni in amorem erga Regē Reginā principēq3 nostros ꝛ vniuersas gentes Hispanie ac studeant perquirere co aceruare eaq3 nobis tradere quib⁹ ipsi affluunt ꝛ nos magnope re indigemus. Nullam ii norunt idolatriam: imo firmissime cre dūt oēm vim: oēm potentiam: oīa deni ꝗ bona esse in celo: meq3 inde cum his nauibus ꝛ nautis descēdisse: atq3 hoc animo vbiq3 fui susceptus postq̃3 metum repulerant · Nec sunt segnes aut ru des: quin summi ac perspicacis ingenii: ꝛ homines qui transfre tant mare illud nō sine admiratiōe vniuscuiusq3 rei rationē red dunt: sed nunq̃3 viderūt gentes vestitas neq3 naues hmōi · Ego statim atq3 ad mare illud perueni e prima insula quosdā Indos violenter arripui: qui ediscerent a nobis ꝛ nos pariter docerent ea quoꝝ ipsi in iisce partibus cognitionem habebant: ꝛ ex voto successit: nam breui nos ipsos: ꝛ ii nos tum gestu ac signis: tum verbis intellexerunt: magnoq3 nobis fuere emolumento: veniūt modo mecum qui semper putant me desiluisse e celo: quāuis diu nobiscum versati fuerint hodieq3 versentur · et ii erant primi qui id quocunq3 appellabamus nuntiabant: alii deinceps aliis ela ta voce dicentes: Uenite venite ꝛ videbitis gētes ethereas · Quā ob rem tam femine q̃3 viri: tam impuberes q̃3 adulti: tā iuuenes q̃3 senes deposita formidine paulo ante ꝯcepta nos certatim vise bant magna iter stipante caterua: aliis cibum: aliis potum affe rentibus maximo cum amore ac beniuolentia incredibili · Habet vnaqueq3 insula multas scaphas solidi ligni: ꝛ si angustas · lon gitudine tñ ac forma nostris biremibus similes: cursu aūt velo ciores · Reguntur remis tantūmodo · Haꝝ quedaꝫ sunt magne: quedam parue: quedā in medio consistūt · Plures tñ biremi que remiget duodeuiginti transtris maiores: cū quibus in oēs illas insulas: que innumere sunt: traiicitur · cumq3 iis suam mercatu ram exercent ꝛ inter eos cōmertia fiunt · Aliquas ego harum bi remiū seu scaphaꝝ vidi q̃ vehebant septuaginta ꝛ octuaginta re

miges. In omnibus iis insulis nulla est diuersitas inter gentis
effigies: nulla in moribus atqꝫ loquela: quin oẽs se intelligunt
adinuicem: que res perutilis est ad id qđ serenissimos Reges no
stros exoptare precipue reor: scꝫ eoꝝ ad sctãm xp̃i fidem ꝯuersio-
nem. cui q̃dem quantũ intelligere potui facillimi sunt et proni.
Dixi queãdmodũ sum progressus antea insulam Joanam per re
ctum tramitem occasus in orientem miliaria. cccxxii. sm quã viã
⁊ interuallum itineris possum dicere hanc Joanam esse maiorẽ
Anglia ⁊ Scotia simul. nãqꝫ vltra dicta. cccxxii passuũ milia in
ea parte que ad occidentem prospectat due: quas nõ petii: super
sunt prouincie: quaꝝ alterã Indi Anan vocant cuius accole cau
dati nascuntur. Tendunt̃ in longitudinẽ ad miliaria. clxxx. vt
ab his quos veho mecũ Indis percepi: qui oĩs has callent insu-
las. Hispane x̃o ambit⁹ maior est tota Hispania a Colonia vsqꝫ
ad fontem rabidum. Hincqꝫ facile arguit̃ ꝙ quartum eius latus
quod ipse per rectã lineã occidentis in orientem traieci miliaria
continet. dxl. Hec insula est affectanda ⁊ affectata nõ spernenda
In qua ⁊ si aliaꝝ oĩm vt dixi pro inuictissimo Rege nostro solen
niter possessionem accepi: earũqꝫ imperium dicto Regi penitus
cõmittitur: in oportuniori tñ loco atqꝫ omni lucro et cõmertio
condecenti cuiusdã magne ville: cui Natiuitatis dñi nomen de-
dimus: possessionem peculiariter accepi: ibiqꝫ arcem quandam
erigere extemplo iussi: que modo iam debet esse pacta: in qua ho
mines qui necessarii sunt visi cũ omni armoꝝ genere ⁊ vltra an
num victu oportuno reliqui. Item quandã carauellã ⁊ pro aliis
construendis tam in hac arte q̃ꝫ in ceteris peritos: ac eiusdẽ in-
sule Regis erga eos beniuolentiam ⁊ familiaritatẽ incredibilẽ
Sunt enim gentes ille amabiles admodum ⁊ benigne: eo ꝙ Rex
predictus me fratrẽ suũ dici gloriabat̃. Et si aĩum reuocarent et
iis qui in arce manserunt nocere velint: nequeunt: q̃a armis ca-
rent: nudi incedũt ⁊ nimiũ timidi: ideo dictã arcem tenẽtes dun
taxat põt totã eam insulam nullo sibi iminẽte discrimine popu-
lari: dummõ leges quas dedim⁹ ac regimen nõ excedãt. In oĩb⁹

iis insulis vt intellexi quisqꝫ vni tm̄ ꝯiugi acquiescit: preter principes aut reges: ꝗbus viginti hre licet. Femine magis q̄ꝫ viri laborare videntur. nec bene potui intelligere an habeāt bona propria: vidi enim ꝙ vnus habebat aliis impartiri: presertim dapes obsonia ⁊ hmōi. Nullum apud eos monstrū reperi vt pleriqꝫ existimabant: sed hoīes magne reuerentie atqꝫ benignos. Nec sunt nigri velut ethiopes. habent crines planos ⁊ demissos. non degūt vbi radioꝝ solaris emicat calor. ꝑmagna nanqꝫ hic est solis vehementia: propterea ꝙ ab equinoctiali linea distat. Ubi videntur gradus sex ⁊ viginti ex montiū cacuminib⁹. Maximū quoqꝫ viget frigus: sed id ꝗdem moderantur Indi tum loci cōsuetudine. tum rerū calidissimaꝝ quib⁹ frequenter ⁊ luxuriose vescunt̄ presidio. Itaqꝫ mōstra aliqua nō vidi: neqꝫ eoꝝ alicubi habui cognitionem: excepta quadā insula Charis nuncupata: que secunda ex Hispania in Indiam transfretantib⁹ existit. quā gens quedam a finitimis habita ferocior incolit. Hi carne humana vescūtur. Habent predicti biremiū genera plurima ꝗbus in oīs Indicas insulas traiiciunt. depredant. surripiunt quecūqꝫ pn̄t. Nihil ab aliis differunt nisi ꝙ gerūt more femineo longos crines. vtūtur arcub⁹ ⁊ spiculis arundineis fixis vt diximus in grossiori parte attenuatis hastilib⁹. ideoqꝫ habent̄ feroces: quare ceteri Indi inexhausto metu plectunt̄: sed hos ego nihili facio plus q̄ꝫ alios. Hi sunt ꝗ coheunt cū quibusdā feminis: que sole insulā Mateunin primā ex Hispania in Indiā traiicientib⁹ habitant. He aūt femine nullū sui sexus opus exercent: vtuntur enim arcubus et spiculis sicut de eaꝝ ꝯiugibus dixi muniunt sese laminis eneis quaꝝ maxima apud eas copia existit. Aliā mihi insulā affirmāt sup adicta Hispana maiorē: eius incole carēt pilis. auroqꝫ inter alias potissimū exuberat. Huius insule ⁊ aliaꝝ quas vidi hoīes mecū porto qui hoꝝ que dixi testimoniū perhibēt. Deniqꝫ vt nostri discessus ⁊ celeris reuersionis compendiū ac emolumentum breuibus astringā hoc polliceor: me nostris Regibus inuictissimis paruo eoꝝ fultū auxilio: tantū auri daturū quantū eis fue-

rit opus. tm̄ vero aromatum·bombicis·masticis: q̄ apud Chium duntaxat inuenitur· tantūq; ligni aloes· tantum seruoꝝ hydo/ latrarum: quantum eorum maiestas voluerit exigere· item reu/ barbarum ⁊ alia aromatum genera que ii quos in dicta arce reli qui iam inuenisse atq; inuenturos existimo· q̄nquidem ego nul libi magis sum moratus nisi quantum me coegerunt venti: pre/ terq; in villa Natiuitatis: dum arcē condere ⁊ tuta oīa esse pro uidi. Que ⁊ si maxima ⁊ inaudita sunt: multo tm̄ maiora forent si naues mihi vt ratio exigit subuenissent· Uerꝝ multum ac mira bile hoc: nec nostris meritis correspondens: sed sancte Christia/ ne fidei: nostrorumq; Regum pietati ac religioni: quia quod hu manus consequi nō poterat intellectus: id humanis cōcessit di uinus· Solet enim deus seruus suos: quiq; sua precepta diligūt ⁊ in impossibilibus exaudire: vt nobis in presentia contigit: qui ea consecuti sumus que hactenus mortalium vires minime atti gerant: nam si harū insulaꝝ quipiam aliquid scripserunt aut lo cuti sunt: omnes per ambages ⁊ cōiecturas· nemo se eas vidisse asserit vnde prope videbatur fabula· Igitur Rex ⁊ Regina prin cepsq; ac eoꝝ regna felicissima cuncteq; alie Christianoꝝ prouin cie Saluatori dn̄o nostro Jesu Christo agamꝰ gratias: qui tan ta nos victoria munereq; donauit: celebrentur processiones· per agantur solennia sacra: festaq; fronde velentur delubra· exultet Christus in terris quemadmodum in celis exultat: quom tot po pulorum perditas ante hac animas saluatum iri preuidet· Lete mur ⁊ nos: cum propter exaltationem nostre fidei· tum propter rerum temporalium incrementa: quoꝝ non solum Hispania sed vniuersa Christianitas est futura particeps· Hec vt gesta sunt sic breuiter enarrata. Uale· Ulisbone pridie Idus Martii·

Christoforus Colom Oceane classis Prefectus·

¶ Epigramma. R. L. de Corbaria Episcopi Montispalusii.
Ad Inuictissimum Regem Hispaniarum.

Jam nulla Hispanis tellus addenda Triumphis
  Atqꝫ parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe Eois regio deprensa sub vndis.
  Auctura est titulos Betice magne tuos:
Unde repertori merito referenda Colombo
  Gratia: sed summo est maior habēda deo.
Qui vincenda parat noua Regna tibiqꝫ sibiqꝫ
  Teqꝫ simul fortem prestat ⁊ esse pium.





